



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia

Androzzi, Fulvio

Coloniae, 1611

De Fructibus eius.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48641)

68 DE FREQUENT.

4. Quod ex amore ipsius voluisset manere in hoc Sacramento, ut pasceret illam sua carne, & mundaret suo sanguine.

DE FAME HVIVS
Sacramenti.

Magna huius Sacramenti fame affici deberemus, & propter eam in eo usurpando frequentes esse: cum nō minus hic sit verus & proprius animi pastus, quā eius venenum fuerit pomum vetitum. Excitabit famem harum quatuor rerum consideratio.

1. Necessitas nostra, in qua sumus.
2. Imitationes Christi, & minus si nō accedamus.
3. Desiderium Sanctorum id optantium.
4. Fructus huius Sacramenti.

FRUCTVS S. EV-
charistie.

Primo remittit peccata præterita, quæ obliuione exciderunt.

2. Confirmat aduersum futura.
3. Debilitat vitiosos animi impetus.
4. Tentationes minuit.
5. Ad pietatis studium incitat.

6. In-

6. Intelligentiam illuminat.
7. Accendit affectum.
8. Confirmat spem.
9. Debilitati nostræ firmitatē addit.
10. Exhilarat conscientiam.
11. Participes nos facit meritorum Christi.
12. Dat pignus gloriæ.
13. Confirmat cor hominis.
14. Armat fortes, vt strenuè cum Diabolo certent.
15. Perterret inimicum.
16. Alacrem facit ad probas actiones.
17. Mirè adiuuat res aduersas.
18. Pœnas peccati minuit.

S. Vincentius ait, euadendi Purgatorij viam esse ex præcipuis rationibus, vt quis frequenter communicet.

Accepturo igitur Christum in hoc Sacramento, prima debet esse cura purgandi cordis, quod fit præcipuè per Cōfessionem: altera sit cura linguæ. Vt enim cor est lectulus, in quo recubiturus est magnus hospes: imò lingua primū est membrum, quod attracturus est. Lectulus ergo ille sit plenus rosis virtutum, non vitiorum spinis.

IN-